



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati Sancti Pavli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

THESSALONICENSE ET
Philippenſe Archiepiscopis, & Episcopo
Sithoniensi.

Epif. 80.
Ejusdem argu-
menti cum e-
pistola 69.

Venerabilis frater noster Cardicensis Episcopus nobis humiliter supplicavit ut cum fratres Hospitalis Ieroſolymitanii, qui eum ſuper cauſa que inter ipsos & eundem Episcopum vertebarat ad nostram audiencem appellarunt, nec venerint, nec miserint aliquem ad appellatiōnem interpoſitam proſequendam, ipſo Episcopo apud nos diutius poſt præfixum terminum expeſtante, ſibi de dannis & expenſis quaes ex iſipſis proſecutione appellationis incurrit tafſifieri faceremus. Ideoque fraternitati veſtra per apostolica ſcripta mandamus quatinus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod juſtum fuerit appellatione poſtponita ſtatutis, facientes quod decreveritis per cenſuram ecclieſtaſticam firmiter obſervari. Quod si non omnes &c. duo veſtrum &c. Datum Laterani vii Kal. Iunij, pontificatus noſtri anno decimo quinto.

ABBATI SANCTI PAVLI.

Epif. 81.
De divisione
parochiarum.
Vide lib. 13. epi.
197.

Cum Lateranensem & sanctorum quatuor Coronatorum Eccleſiarum parochias certis duxerimus limitibus terminandas, & Eccleſia ſancti Nicolai de Formis, que ad monaſterium tuum ſpectat, inter hos limites parochiam poſſidere dicatur, auctoritate praefentium declaramus quod per limitationem hujusmodi nullum eidem Eccleſia in ſua parochia volumus prajudicium generari: quia res inter alios acta prajudicare non debet aliis ſecundum legitimas ſanctiones. Datum Laterani viii. Kal. Iunij, pontificatus noſtri anno decimo quinto.

HELENENSI EPISCOPO.

Epif. 82.
De negotio
Durandi de
Oſca & locio-
rum.
Vide infra epif.
90. & ſeqq. 96.
117. & lib. 13.
epif. 77. 78.

Dilectus filius Durandus de Oſca in noſtra praefentia conſtitutus & D. de Naiaco & Guillelmus ſancti Antonini & alij pauperes catholicci ſuis nobis litteris intimirunt quod ad exhortationem eorum nonnulli tuae dioceſis de ſuis excessibus peccantiam agere cupientes, poſt confelliōnem peccatorum ſuorum, pro poſſe ſuo proponuerunt reſtituere quicquid poſſident minus juſte, neconon male quaelibet acquiſita, non habendo proprium, ſed omnia in communī, & nemini malum de cetero inferentes, caſtitatem ſeu virginitatem obſervare promittunt, à mendacio & jura-mento illico abſtinendo, tunicis quoque

albis vel griseis uti proponunt ſub disciplina & viſitatione catholicorum pauperum permanfuri; in fulchris autem, niſi eos ad id infirmitas coegerit, non cubabunt; &

à feſto sanctorum omnium uſque ad nativitatem dominicam jejunantes in qualibet ſexta feria, niſi forte natalem Domini aut Epiphaniam ſeu aliud feſtum habens vigiliam evenire contingat, à pifebus abſtinebunt, ſecunda verò, quarta feria, & fabatho, niſi natalis Domini intervenient, carnibus non veſcentur, nec in quadrageſima ante Paſcha comedent pifeſ, domini- cis diebus exceptis; octo diebus ante Pe- tecosten vacabunt jejunii, & alia jeju- na obſervabunt à ſancta Romana Eccleſia inſtituta; ſingulis quoque diebus dominicis exhortationis verbū convenienti auditur, & ſepties orantes in die, quindecies *Pater noster & Credo in Deum ac Miferere mei Deus* qui litterati fuerint decantabunt; & Clerici, prout eis convenient, canonicas horas Domino Deo ſolvent. Et quoniam ſex ope- ra pietatis proſcipient ad ſalutem, proponuerunt pro Deo pauperibus delveri, quorum quidam in hereditate propria uile domum conſtrueſ, in qua ex parte una viris, & ex alia mulieribus religioſis manuio competens habeatur, & juxta illam ſit nihilominus xenodochium, in quo reficiantur felli & pauperes recreentur, juuentut infirmi, & nutriantur infantes à matribus derelicti, & mulieres pauperes laborantes in partu, donec abire valeant, ſuſtententur in eo, ac juxta poſſibilitatem domus iphis adveniente hieme præbeantur pauperibus indumenta; pannos quoque ad quinquaginta lectos de ſuis juſtis rebus miſtrabit ibidem, & Eccleſiam, ubi frates domus iphis poſſint audire divina, in ho-nore Dei genitricis Mariae juxta domum ipsam conſtrui faciet, que in ſignum ſu-jectionis apostolica ſedi reddet unum Bi- ſantium annuatim. Vnde nobis humiliter ſupplicarunt ut exequendi predicta licen- tiam eis concedere dignaremur. Nos ig- tuſ attendentes quod hæc omnia ſunt in ſe bona, fraternitati tue per apostolica ſcripta mandamus quatinus, cum loci dioceſanus exiſtas, cognita pleniū veritate, ſi ea emanare cognoveris de fonte catholicæ pu- ritatis, iphis affeſsum ſuper his auctoritate noſtra præbeas & favorem; proviſo pru- denter ut quod de verbo exhortationis ſingulis diebus dominicis audiendo predici- tur, taliter & à talibus fiat quod derogari non poſſit fidei orthodoxæ ſeu canonice discipline; adhibita nihilominus prudenti-